caſ.294. uide, quæ dixi ſupra §. Sodomia, verb. cum muliere, & p Carrer. in pract. crim. §. homicid.6.nu.305. *Giach.*
u *Præterea crederem hoc relinquendum arbi-*
45 *trio Iudicis.*) Adde, † quod idē tenet Menoc. de arbit Iud.caſ.294.vbi
46 plenè hanc materiā tractauit, & ibi habetur, quid de virgine viri impotente in vxorē ducta, an maritus puniatur: Et
47 tenet, † quòd vti ſtuprator puniri debeat: idem affirmat Afflict. in cōſt. ſi quis rapere, num.17. dicit. tamē, quòd in iſtis actibus de iure canonico malitia ſupplet ætatē adeo, quòd maritus puniri non poterit, quia tunc matrimonium tali coitu conſumatur, dummodo virgo, ita fuerit ętati proxima qđ potuerit copula carnali coniungi, & non adſit violentia, vel poſt violentiam conſenſus accadat, & eſt text. in c. de illis. de deſpōſ. impub. & ibi etiā poſuit alias quæſtiones in materia ſtupri, quas videre poteris. *Ba.*

in §. Item lex Iulia, poſt numer.7. Inſtit. de pub. quòd de conſuetudine tales ſtuprantes virgines immaturas ſuſpendũtur, & illum refert, & ſequi videtur Afflict. ſuper 1.part. conſtitu. regni, rub. 19. num. 14. Refert. etiam Boſſ. in tit. de coitu damnato, numer. 67. Tu dic, quòd tale delictum de iure communi non punitur pœna mortis, ſed humiliores in metallum damnantur, honeſtiores verò in inſulam relegantur, vt eſt tex. expreſſus. in l. ſi quis aliquid §. qui nondum viripotens. ff. de pœn. Et ſecundum hanc opin. conſuluit Signo. conſil. 207. Et ita reperio in facti contingentia iudicatum fniſſe per conſ. Neap. a quo fuit quidam condemnatus pro hoc delicto, per ſeptennium ad triremes, & ad dotandum puellam, vt refert Grammat. deciſ.22. Hanc etiā opin. pariter in facti contingentia ſeruatur Curia Delhp. vt atteſtatur Guido Papæ, deciſ. 555. Vidi dubitari. quem refert Bermon. de concub. folio 114. numero 39. in fin. Ego in hac ſpecie facti vidi per Senatum diuerſimode iudicari: nam Stephanus de Alice, qui cum puella, nondum quadrienni, voluit coire, & ei fregit pudibunda, iuſſus fuit capite truncari. 6. Septemb. 1558. P. N. Et aliàs quidam Ioann. de Raſſis, qui puellam quinque annorum violauerat, fuit tantummodo condemnatus ad triremes per decennium 8. Iunij 1555. I. D. P. quod etiam ſeruatum fuit in quodam Antonio Mutinenſi, 8. Auguſt. 1557. P. N. [u] *Præterea crederem hoc relinquendum eſſe iudicis arbitrio, qui inſpecta qualitate facti, & perſonarum, illam pœnam imponeret, quæ ei videretur. Ego tamen ſemper fui in voto, quod vbi eſſet ſolum conatus ad deflorandum, non puniretur pœna mortis, ſed alia, citra mortem, graui, puta triennium perpetuo, vel per decennium. Vbi verò frangeret pudenda, nullo modo euadere deberet pœnam vltimi ſupplicij.*

§. VSVRA.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vſura quid ſit.*
2 *Vſura quibus modis committitur.*
3 *Vſuræ an ſint omni iure prohibitæ.*
4 *Et an de iure ciuili.*
5 *Et an pro vſura poſſit quis criminaliter puniri.*
6 *Caſus, in quibus vſuræ ſunt a iure permiſſæ.*
7 *Iudæi an poſſint de iure communi vſuras licitè exercere.*
8 *Vſurarum crimen eſt eccleſiaſticum.*
9 *Vſura an probetur per teſtes ſingulares.*
10 *Vſurariorum pœna quæ ſit.*
11 *Vſurarius tenetur reſtituere vſuras.*
12 *Et an dominium rerum, quas extorſit ex cauſa vſurarum in illum transferatur.*
13 *Vſuuarius manifeſtus an poſſit teſtari.*
14 *Et an donare cauſa mortis.*
15 *Et quis dicatur vſurarius manifeſtus.*
16 *Vſurarij ſuut infames.*
17 *Vſurarius, qui aliquando exercuit vſuras, & poſtea deſiit fœnerari, an adhuc dici poſſit vſurarius.*

Ex Additionibus.

1 *Vſura quid ſit.*
2 *Vſura directè contrahitur in mutuo, in ceteris contractibus indirectè.*
*Vſura multifariè committitur, num. eod. & num. 37.**
Vſura fit etiam circa frumenti mutuum, vel pecuniæ ad frumentum, remiſſiuè, num. eod.
3 *Mutuanti an liceat aliquid accipere vltra ſortem.*
4 *Mutuans granum, vel quid aliud, quod curſu temporis deterioratur pacto adiecto, quod non reddatur niſi tali die, vſuram committit.*
Vendens carius ad tempus quando committat vſuram remiſſiuè. num. eod.
Vſura quomodo contrahatur annuo cenſu, remiſſiuè nu. eo.
5 *Vſura an præſumatur in dubio.*
6 *Et in materia vſurarum ſtandum eſt potius Doctoribus Iuris Canonici, quàm Theologis.*
7 *Teſtator confitens ſe fuiſſe vſurarium, ſemper talis extitiſſe pręſumitur, vt hæres teneatur ad reſtitutionem,*
8 *Vſura piratica quæ dicatur.*
9 *Vſura quandoque colligitur ex contractuum coniunctione.*
10 *Et quomodo cognoſcatur contractus vſurarij, remiſſiue.*
*10 *Execrabilior vſura quæ ſit.*
11 *Vſura decem, & nouem rationibus prohibetur, remiſſiuè.*
12 *Vſura eſt prohibita lege Moſaica, Euangelica, Canonica, autentica, philoſophica. & politica, ideſt ciuili.*
Vendens rem habita ſide de pretio cum intentione eandem minoris redimendi vſuram committit, num. eod.
13 *Vſurarij vltra pœnas canonicas au poſſint criminaliter puniri à Iudice laico.*
14 *Et an ſit locus torturæ in hoc crimine.*
15 *Et quid in Regno Neap.*
16 *Et an Iudex ſecularis in eodem Regno poſſit procedere ex officio contra vſurarios.*
17 *Et quid de iure communi, remiſſiuè.*
18 *Vſuræ in quibus caſibus ſint permiſſiuè.*
Et in quibus ſocietas, ſeu ſoccida ſit licita remiſſiuè, nu. eod.
19 *Et quid de cambijs mercatorum, remiſſiuè.*
20 *Iudei ex indulto Pontificis vſuras licitè exercent.*
Et in caſu prohibito poterunt puniri à Iudice laico, nu. eod.
21 *Vſurarum crimen an ſit merè eccleſiaſticum, remiſſiuè.*
22 *Vſura qualiter poſſit probari,*
Et an per argumenta, & coniecturas, num. eod.
Vſurarius manifeſtus quomodo probetur remiſſ. num. eod.
23 *Vſura an probetur per teſtes, qui eam ſoluerunt.*
24 *Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico.*
25 *Et quid in Regno Neap.*
26 *Vſurarius cõtractus probatur præſumptionib. & coniecturis*
27 *Vſurarij quibus pœnis afficiantur.*
28 *Et quibus in Regno Neap.*
29 *Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico.*
30 *Et pœna mutuantis ad vſuram non extenditur ad recipientē*
31 *Vſurarius an excuſetur à pœna ob conſuetudinem malam, & iniuſtam.*
32 *Vſurarius an ſit puniendus, ſi vſuras non recepit.*
33 *Et quid ſi duntaxat fuerit enixus fænerari.*
34 *Vſurariorum bona mobilia deſcribi, & ſequeſtrari poſſunt.*
35 *Iudex eccleſiaſticus poteſt in crimine vſurarum vltra pęnas canonicas mulctam imponere, & ex officio procedere.*
36 *Iudex coram quo ciuiliter agitur de vſuris, poteſt in eodem proceſſu iniurioſum deffamatorem ciuiliter condemnare.*
*36 *Vſurarius manifeſtus non eſt in loco ſacro ſepeliendus.*
37 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur, & quib. modis probetur.*
38 *Vſurarij ſunt infames ſola Iudicis declaratoria.*
Montes pietatis aliquid accipere poſſunt, ſub num. 19.

ADDI-

§. VSVRA.

1 *VSVRA, eſt lucrum [a] ex mutuo pacto debitum, vel exactum. Et hæc eſt diffinitio vſuræ, tam Theologorum, quam [b] Iuriſtarum, vt dicit Alber. c. in l. iubemus, col.4. ver. Quid de tali C. de ſacroſanct. eccleſ. [c] Cõmittitur autem vſura multis modis, ſed de hoc cum magis ad ciuilem cõtractum mate-*
2 *riam, quàm criminalem pertinere videretur, diffuſe tractaui ſup. lib. primo, vbi etiam dixi, an cambia mercatorum ſint licita, & c. [d]*
[e] *Sciendum eſt autē, quòd*
3 *vſuræ ſunt omni iure prohibitæ, & in primis quidē de iure naturali, & eſt communis opi. vt ait Didac. lib. 3. reſolutionum, c.1. poſt nu.5. dicens, quòd eam tenent frequentiſſimo omnium conſenſu Theologi. Pariter etiam ſunt prohibitæ de iure diuino, etiam euangelico, & ita Theologi, & Canoniſtæ frequentiſſimo omnium conſenſu axiſtimant, vt ait Didacus in loco præallegato, poſt n.5. ver. Iure diuino. Item de iure canonico, toto titu. de vſuris & in hoc nemo dubitat.*
4 *Difficultas eſt, an etiam ſint prohibitæ de iure ciuili. Et in hoc quidem variæ ſunt Scribentium opin. ex quo videtur, quòd de iure ciuili vſuræ infra legitimum modum ſint permiſſæ, ſecundum opi. quam dicit eſſe communem Alciat. in c. 1. num. 78. de offi. ordin. Et quod vſuras omninò non prohibeat lex ciuilis, dicit eſſe quaſi omnium Doct. comunem opin. Chriſtoph. de Caſtil. conſ.36. poſt*

ADDITIONES

Ad §. Vſura.

a *Vſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum.*] Sed quòd poſſit mutuans licitè aliquid recipere, quando ſpontè ſibi aliquid gratis offertur à debitore ſuo, vltra ſortem gratia remunerationis nulla interueniēte petitione, vel obligatione, ſeu pactione, vide latè per Natt. ſuo conſ. 498. num. 28. vbi alios cõcordantes allegat, fallit tamē vbi mutuas habet mentē deprauatam, ſperando aliquid conſequi, vt not. Abb. in c. conſuluit, in 1. not. de vſuris, quia tenetur reſtituere, num. 5. vtroque foro. num. 6. Quid ſi recipiatur aliquod ſcrutinium verbale, vel facti, vide per Abb. in c. fin. eod. ſub num. 16. *Giach.*

Vſura eſt lucrum.] Vſura multa, Peguer. deciſione 30. & ſeqq. & 127. in fin. Vigell. M.I.R. libr.1. cap.13. ſpecie 13. de vſur. *Roſ.*

Vſura eſt lucrum ex
1 *mutuo.*] Adde, † quòd uſura pluribus modis diffinitur; & iſta eſt illa diffinitio, quę videtur magis recepta, quod uſura eſt, quicquid ſorti accedit ex pacto, uel intentione præcedēte, ita Innocen. Abb. Card. & Anan. in cap. 1. de vſur. quam diffinitionem multis rationibus impugnat Couar. lib. 3. uariar. reſolut. cap. 1. aliam tradendo diffinitionem, videlicet, quod vſura eſt uoluntas capiendi vltra ſortem lucrum aliquod temporale vi, & cauſa mutui principaliter, ſed utraque diffinitio à Io. Bapt. Lup. reprehenditur in tractatu ſuo de uſur. comment. 1. §. 1. & alio modo uſuram diffinit, dum dicit, quod uſura eſt lucrũ receptum à creditore pro uſu rei mutuo datæ; ibi tamen concludit, quod ſi aliæ diffinitiones in iure ſunt periculoſæ, iſta eſt periculoſiſſima.

b *Iuriſtarum.*] Adde his in materia uſutarum potius eſſe ſtandum doctoris iuris canonici, quam Theologicis ſecũdum Ancharan. in diſput. antiqui, & moderni temporis uiri catholici, & Dec. conſil. 3. num. 131. poſt num. 6. uerſ. nec curandũ 602. in 2. dub. & in cap. nè innitari in 1. lectu. in fin. de conſt. ubi pulchrè uide, & ad idem per Natt. in conſilio 250. num. 2. *Giach.*

2 c *Committitur autem vſura.*] Adde, quod uſura committitur directè in mutuo; indirectè in ceteris contractibus, deciſ. Pedemont. 95. num. 36. Berons conſilio 168. uolumine primo. Menoch conſil. 109. num. 28. & ob malam intentionē ſub quacunque uerborum conceptione poteſt contineri, Nat. conſil. 572. num. 9. Rimin. iun. conſ. 463. num. 30. & Menoch. conſ. 106. multas detegit artes, quibus quandoque à Senatoribus ignari homines decoquuntur, uide etiam Natt. conſ. 369. ubi tractat de uſuris, quæ committuntur mutuando frumentum, uel pecuniam ad frumentum, & in conſ. 398. nu. 28. ubi
3 tenet, † quod mutuās poteſt licitè aliquid recipere, quādo ſpōtè aliquid datur remunerationis gratia, nulla interueniente obligatione, ſiue intentione, & an licitum ſit locare boues ad
4 granum, uide Lauren. de Rodulphis in tractatu de uſur. quæſtione 23. & mutuans granum, uel quid aliud, quod curſu temporis deteriorari poteſt, pacto adiecto, quod non reddatur, niſi tali die, uſuram committit. Plot. conſil. 74 nu. 2. & de uendente cariori pretio ad tempus, quando non cõmittat uſuram, Beci. conſil. 111. & quomodò committatur vſura in contractu annui cenſus, Io. Anton. de Nigr. ſuper cap. Regni, in ca. 238. num. 27. cum ſeq. & in Conſtit. 82. Pij Quinti, vbi datur forma creandi cenſus.
5 Item adde, † quod in dubio fauore animæ iudicandum eſt pro uſura, Caſſan. conſil. 63. nu. 2 Bero. conſil. 198. nu. 2. uol. 1. Burſat. conſil. 165. ſed in foro cõtentioſo, vſura non præſumitur, & eam allegans probare tenetur, Bald. conſ. 39. & 220 uol. 3. Crau. conſ. 48. nu. 8. ubi ipſe dicit etiam, quod in foro conſcientiæ opinio eligi debet in dubio, quæ animæ ſit tutior, niſi quis eſſet ſolitus fęnerari, quia tunc etiam in foro contentioſo, in dubio cõtractus iudicaretur uſurarius, Deci. in l. rogaſti, §. ſi tibi, in fin. ff. ſi cert. peta. & in materia uſurarum, potius eſt ſtādum Doctoribus iuris Canonicis, quā Theologis, vt per Alexā. in conſ 1. col. 5. vol. 2. Deci. conſ. 111. n. 5. & Rim. iun. conſ. 177. num. 25.
7 Item adde, † quod ſi teſtator cõfeſſus eſt, ſe fuiſſe vſurarium, præſumitur quod ſemper fuerit ad finem, quod hęres compellatur ad reſtitutionē, quia erit ſalubrius pro anima defuncti, Ancharan. conſil. 129. & Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. in fine.
8 Item adde, † quod uſura pyratica dicitur, ubi ueneditur tēpus, & qui data dilatione, cum fideiuſſione uendunt merces cariori pretio, eaſque per ſe, uel per interpoſitas perſonas reemunt viliori pretio, deinde illas cariori reuendunt. & iſti ſunt meri latrones, Franciſcus Scagl. ſuper Ritibus magn. Curiæ Vicar. ritu, uſura, num. 7. fol. mihi, poſt Carau. 223. & uide infra num. 12.
9 Item adde, † quod uſura colligitur aliquando ex duorum contractuum coniunctione, l. ſi uentri. § primo. ff. de priuileg. credit & Bald. in rubric. extra, de offic. iudic. num. 4. & ad de-
10 cernendos aliquos contractus uſurarios, uide Crauet. in conſ. 145. uol. 1. *Baiar.*

d *Etc.*] Hic ſcias, quòd uſura omnibus alijs execrabilior
*10 † eſt illa, quam committunt mutuantes de nundinis ad nundinas: licet contractus uelctur ſub ſpecie uenditionis, uel permutationis, uel alterius contractus, cum excedat centeſimam, ita Hoſt. in ſum. de uſu §. in alijs autem caſibus, uerſic. quid ſi quis mutuet pecuniam, & uſuræ uelatæ ſunt magis puniendæ, quàm manifeſtæ, quia magis delinquit, qui ſententiam legis ſaluis uerbis circumuenit, quàm is, qui contra uerba legis facit, ideò acrius puniri debet, ut per Natt. in conſ. 670. ante nu. 12. Triginta, & ſeptem caſus, in quibus accipere aliquid ultrà ſortem licet, uide per Soc. mihi ſub reg. 6. Et nota, quod licet uſura non ſit de articulis, nec de ſacramentis, tamen dicere, uſuram non eſſe peccatum eſt hæreticum, ut per Bello in cõſ. 78. num. 7. & quomodo probetur uſurarum crimen, uide per Oſaſc. plenè dec. 72. Et quid de uendente capitale mercium, pro certa ſumma ſibi ſoluenda cum pacto, ut ſibi ſoluantur, ut puta, quinque pro centenario in recompenſatione lucri, an dicatur contraxiſſe illicitè, uide Hippol. Rim. *Giach.*

11 *Sciendum eſt autem.*] Adde, † quod uſura eſt prohibita multis rationibus, ut per Marian. Soc. in rubr. uſur. ubi decem, & nouem rationes poſuit, & multum diffusè hanc materiam uſurarum tractauit: & ibi num. 79. dicit, quod uendens pannum,

uel

nu.8.Carauita ſuper 21.ritũ magnæ curiæ, n.5.Contrariã verò ſententiã, quòd.ſ. etiã de iure ciuili, per ius authenticorum vſuræ ſint prohibitę, tenuerunt communiter gloſ. Legiſtarum, vt ait Imola in Clement. 1. numero 8. de vſur. quem refert Anan. in capitulo quia in omnibus, poſt numerũ 16. de vſur. Et dicit Alber. in leg. cunctos populos, poſt n.15. C. de ſũma Trinit. & fide cath. quòd ita tenent communiter Doct. Dicit etiam Imola in lege 1. col.4. verſi. & aduerte, ff. de ſolut. quòd hanc opin. tenent communiter Doctores Legiſtæ, & Canon. Hanc etiã dicit eſſe communem Abb. in capitul. cum ſit generale, numero 18. de foro compet. quem refert Dida. in d. capitulo 1. nume.6. Iaſ. in §. omnes, nu.14. Inſtitu. de action. & in d.l. cunctos populos, nu. 47. Berous in rub. de vſuris, num.80. Et hæc opi. apud nos ſeruatur, vt ſtatim ſubijciã, & ab ea, tanquam veriori, et magis communi, non eſt aliquomodo in practica [l] recedendum.

5 [g] Et ex hoc infertur, ꝙ vſura apud omnes reputatur res illicita, & prohibita, & ſic delictum, & conſequenter propter vſuram poteſt quis etiam criminaliter [h] puniri. Et fuit hæc opin. Iac. Butr. in l. Improbum, C. ex quibus cauſ. infam. irrogetur, quam dicit videri magis communem Corne. conſil. 19. in littera G. libro tertio; hanc etiam dicit eſſe communem Alciat. in dicto capitulo primo numero 76. & ſequentis quem refert Dida. in epitom. ſuper quarto decret. folio 78. poſt numerũ 19. Et quamuis Rolan. conſilio 75. numero 29. libro primo dicat, quòd immo opin. contra Iaco. Butr. eſt magis communis, & quòd Alciat. dicens contrariam decipitur, nihilominus ſi recenſeantur auctoritates, nulli dubium erit, quòd comperietur Alciat. verum dixiſſe, & ita pluries fuit iudicatum per Senatum, puniendo tales vſurarios pœna extraordinaria, & facta fuit ẽt ſpecialis delegatio, vt contra ipſos inquireretur, 22. Nouemb. 1555. P. N. Et licet Corne. in loco præallegat. & aliqui alij loquantur in iudice eccleſiaſtico, idem tamen dicendum eſt in iudice laico, cum, vt dixi ſecundum magis communem opin. etiam de iure ciuili, vſuræ ſint prohibitæ. Et ideò licet ipſe Senatus dicatur iudex laicus, quia repræſentat perſonam Regis, qui eſt Princeps laicus, tamen, vt dixi, punit vſurarios pœna arbitraria, prout etiam illos punit, & torturæ ſubijcit Parlamentũ Pariſienſe, vt refert Molin. in tractatu de vſuris, numero 156.

6 [i] Caſus autem, in quibus vſuræ ſunt permiſſæ, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, dixi ſupra libro proximo.

vel equum illi, qui mox eidem vẽditori pro minori pretio eſt reuenditurus, qui venditor fecit dilationem temporis de pretio primæ venditionis, vſuram committit, ſi cum intentione redimendi ab eodem vendidiſſet. Et uſura eſt prohibita lege Moſaica, Euangelica, Canonica, Authentica, Philoſophica, & Politica, ideſt ciuili, ſecũdum Ant. Corſet. in conſil. 25. in princ. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 2. vbi latè proſequitur. *Baiard.*

[f] *Recedendum.*] Adde & nouiſſimè per Oſaſc. in deciſ. 137. nu. 13. & in collect. mea comm. opin. c. vſura, nu. 10. *Giach.*

Recedendum.] Adde Vulpell. reſponſ. 132. & 133. *Roſ.*

[g] *Ex hoc infertur.*]
13 Adde, † quòd ſimiliter Ioan. Bapt. Lup. in §.4. ca. quanquã de vſur. n.18. tenuit magis communem opinionem eſſe, quod vſurarij vltra pœnas canonicas poſſunt criminaliter puniri per iudicem laicũ, & tam vſurarij ſimplices, quàm manifeſti, & ibi impugnat Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 398. vbi tenuit in foro ciuili puniri non poſſe. Hanc eandem opinionem, tãquam magis communem affirmauit deciſ. Pedemon. 137. nume. 11. & Rimin. iun. conſil. 369. num 19. & conſ. 218. nu. 72. ubi dicit, quod Vſurarij puniti per Epiſcopum, poſſunt etiam puniri per Iudicem laicum pro exceſſu pœnæ, & hanc opinionem tenet etiam Gabriel lib.7. concl. 20. vbi tamen eam limitauit, quod licet vſurarius criminaliter puniri poſſet, non tamen inquiri, & puniri poſſet per Iudicẽ laicum, allegando Soc. in conſ. 209. & alios; vt ibi per eum. Sed dicta limitatio, non eſt vera, quando cauſa poteſt cognoſci per laicum, cum opinio contraria, vt dixi, ſit magis vera.

14 Item adde, quòd in hoc crimini vſurarum, poteſt irrogari tortura, Socin. cõſil. 219. in fin. vol. 2. & Io. Bapt. Lup. in tract. de vſur. in capit. quamquam, num. 20. etiam ſi ageretur ciuiliter, Natt. conſilio 169. num. 14. vol. 2. licet contrarium tenuerit Foller. in pract. crim. can. in cap. 20. num. 16. diſtinguendo tamen, quem ſequitur Bertaz. in conſil. crim. 251. nu. 45. vol. 2. ſed in Reg. Neapol. in tali delicto non deuenitur ad torturam, ut per Marant. in 6 p. in mat. Inquiſitionis, num. 127. fol. mihi 332.

16 Item adde, † quòd Iudex ſecularis in hoc crimine in Regno Neapol. non poteſt procedere ex officio, abſque partis inſtantia, niſi contra Vſurarios manifeſtos per Reg. Pragm. Caroli Quinti, incip. Vſurarum etiam voraginem, Pragm. 4 in tit. de uſur. per quam fuit correcta Conſtit. Reg. Neap. incip. Vſurarum, permittens inquiri in iſto crimine uſurarum, ut ibi declarat Afflict. & de hoc vide etiam Cauenſ. ſuper rit. magn. Cur. Cara. ritu. Item quod nullus, nu.9. fol. mihi poſt Cara. 208. vide etiam Carau. in ritu 20. num. 3. & deſiſtente accuſatore in quacunque parte iudicij, Iudex poterit procedere in cauſa per ritum 21. & ibi Carau. qui tenet, quod è conuerſo, ſcilicet mortuo accuſato de uſura procedere non poterit, ſed uide, quæ poſui infra in q. fi. ad uer. ſcias etiam,
17 & quando Iudex de iure communi in cauſa uſuraria poſſit ex officio procedere, & ã illud facere poſſit, nulla præcedente diffamatione, Ludo. à Peguer. in q. crim. c. 35. *Baiar.*

[h] *Puniri.*] Adde fœneratorum pœnæ, quæ ex iure Pontificio, atque Cęſareo exactiſſimo ſtudio explicantur, atque declarantur per Iaco. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 390. per totum. *Giach.*

Puniri.] Gabriel. tit. de crim. concl. 20. Laur. Chircou cent. 5. q. 14. Farin. de ind. & tort. lib. 2. q. 42. nu. 36. 37. & 38. *Roſ.*

[i] *Caſus autem.*] Ad deuidendos 37. caſus, in quibus accipere aliquid ultra ſortem licet per Soc. congeſtos poſt reg. 6. incip. accipere aliquid ultra ſortẽ, & de qua ſupra mentio fuit habita. *Giach.*

18 *Caſus autem.*] Adde, quòd Caſſan. in conſuet. Burgund. fol. 767. nu. 22. uiginti caſus enumerauit, in quibus ſecundum eum uſuræ ſũt permiſſæ; & ibi fol. 774. nu. 54. tractat, an & in quibus caſibus ſocida ſit licida, ubi plenè, & ibi nu. 53. an cambia mer-
19 catorũ † ſint uſuraria, de quo uide etiam Rodulph. in tract. de uſur. in 3. part. ubi latè dictam quæſtionẽ examinauit, uide etiã Socin. in tract. fallent. reg. 3. per totam, Doct. in l. ſi in inſulam, §. uſuras, ff. ſol. matr. Carrer. in tracta. de hæret. in princ. num. 9. Alphonſ. Guerrer. in titu. de uſur. capit. 67. & Viuius opinio. 1048. & 1049. in quibus locis enumerãtur circa 32. caſus, in quibus uſuræ ſunt permiſſæ.

Item adde inter alios caſus, quòd ſi ciues inuiti coguntur mutuare pecuniam Reipublicæ, uel Principi, poſſunt aliquid ultra ſortem uſurarum nomine recipere, & uſura hoc caſu utroque iure permiſſa eſt, Paulus de Caſtro in l. ſi quis, neque cauſam, in fine principij, ff. ſi certum petatur, & in conſil. decimonono, Crottus in lege nemo poteſt, numero tertio, ff. de leg. 1. & Vaſquius de ſucceſſ. creat. libro primo, §. ſexto, numero 22.

Item adde, quòd Montes Pietatis, qui à Ciuitatibus in ſubuentionem pauperum conſtituuntur, licet aliquid accipiãt pro mutuo, ut officialibus de competenri ſalario ſatisfaciant, nullam

Hæc [k] autem concluſio,
7 quod vſuræ ſint omni iure prohibitæ, ſatis de plano videtur procedere, quò ad Chriſtianos: Sed quid dicendum in Iudæis, nunquid ipſi de iure communi poſſunt licitè vſuras exercere? Reſp. quòd non. Et eſt commun. opin. vt dicit Curt. iun. in l. eius qui in prouincia, poſt nu.5. ff. ſi cert. petat. Et quòd peccent Iudæi fænerando Chriſtianis, dicit eſſe commun. opin. Theologorum, & Can. Alex. de Neuo conſ. 100. num. 1. adeo, quòd eccleſia non debet, neque poteſt hoc peccatum permittere, nec tolerare, infligendo pœnam, neque propter aliquod maius malum vitandũ, [l] neque propter aliquod bonum, quod exinde ſequi ſperetur. Et eſt communis opin. Can. & Theolog. vt dicit Alex. de Neuo conſ. 100. num.9. & 13. in fin. & conſil. 101. poſt nu. 14. vbi dicit ſe dolere malitiam Doctorum Chriſtianorum, qui conſuluerunt contra tam apertam veritatem. Et ſubdit rationem eſſe, quia nullus eſt offerens mercedem, qui petat conſilium quod Iudæi non poſſint fænerari, nec reperitur aliquis offerens munera principibus, vt Iudæos expellant. Sed veritas iſta non dat præmia terrena, ſed æterna, &c. Sed certe quicquid ſit de iure, contrariũ ſeruatur de conſuetudine, nam vbique tolerãtur Hebræi fænerantes etiam in terris eccleſiæ, licet illam conſuetudinem improbet Alex. de Neuo in conſ. 102. nu. 13. & dicat, quod tanquam nutritiua peccati non valet. Quinimò ſi aliquis Iudæus exerceat vſuras in Iudaiſmo (vt ipſi communiter faciunt) & deinde efficiatur Chriſtianus, tenebitur ad reſtitutionem vſurarum, quas ante baptiſimum excorſit, vt dixit ſupra lib. proximo.

Hoc [m] crimen eſt merè ec-
8 cleſiaſticum. Et hanc dicit eſſe communem concluſionem [n] Didec. in epit. ſuper 4. decret. f. 78. nu. 19. Tu verò dic, quod eſt merè eccleſiaſticum, quò ad cognitionem iuris, an ſ. contractus ſit vſurarius, vel ne: ſecus autem quò ad factum, vt dixi infra, hoc eod. lib. §. fin. quæſt. 37. verſic. quæro igitur. Item quò ad pœnam eſt communis fori, [o] vt ibi dixi.

Quæro, [p] an crimen vſura-
9 rum poſſit probari per teſtes ſingulares. Dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 52. verſ. Dixi etiã.

Sed [q] quæro, quæ ſit pœna
10 exercentis vſuras. Reſpon.

vſurariam prauitatem committunt, vt per Antonium Corſet. in conſilio 25. per totum inter conſil. crimin. diuerſ. tomo 2. & de hoc adſunt plures declarationes Sum. Pont. ad fauorem multarum Ciuitatum, quæ huiuſmodi Montes pietatis conſtituerunt, & præſertim Innoc. VIII. pro Patria mea de anno 1488. 16. Cal. Iunij. *Baiard.*

[k] *Hæc autem concluſio.*) Theſ. deciſ. 57. *Roſ.*

Hæc autem concluſio.)
20 Adde, † quòd Iudæis ex permiſſione, & auctoritate Apoſtolica licitum eſt vſuras, & vſurarũ vſuras exigere abſq; metu pęnæ, & Iudæus vſurarius in caſu, in quo puniri poſſit, à iudice laico puniri poterit, Bero. in conſil. 209. vol. 3. ſed lege Moſaica prohibita erat vſura ſecundũ Ant. Corſet. conſ. 25. num. 1. inter conſ. crimin. diuerſ. tom. 2. *Baiard.*

[l] *Neque propter aliquod bonum.*] Adde ad idem, atque vide per Oſac. in ſua deciſ. 137. num. 18. & 19. *Giach.*

[m] *Hoc crimen eſt merè eccleſiaſticum.*) Adde
21 videnda, † quæ poſui in quæſt. 37. hic allegata in verſic. Quæro igitur. Et in hac quæſt. an crimen vſurarũ ſit merè eccleſiaſticum, vel mixti fori, latè per D. Far. in q. 8. nu. 134. cum ſeq. & per Lud. à Peg. in q. cri. c. 30. & deciſ. Ped. 137. *Baiar.*

[n] *Didacus.*) Vide tamẽ eundem lib. 3. uar. reſol. cap. 3. libr. 1. Vulpel. reſpon. 70. n. 4. Dec. tract. crim. lib. 4. c. 26. n. 3. *Bai.*

[o] *Vt ibi dixi.*] Adde, & vide Natt. conſ. 369. col. 3 & 4. in princ. & per Oſaſc. in deciſ. præalleg. 137. n. 10. 11. & in ſequentibus ad contraria argumenta reſpondet, vide per eum *Giach.*

[p] *Quæro an crimen.*] Adde, atque vide idem per Lup. in ſuo tract. de vſu. & comer. illici. in præfation. ad c. quanquam, de uſur. n. 27. & quid de alijs teſtibus ibid. num. 26. *Giach.*

22 *Quæro, an crimen vſurarum poſſit probari.*] Adde † vltra per auctorem tradita in d. q. 53. quod ad probandam vſuram ſufficiunt probationes leuiores, quàm in alia cauſa non ſufficerent, cum ſit crimen difficilis probationis propter cauillationes fęneratorum, & quòd contractus vſurarij uelatę, & clandeſtinè fieri ſolent, Alex. conſ. 46. col. 1. uol. 3. & conſ. 54. col. 1. uol. 6. Cra. conſ. 73. n. 7. & proceditur per argumenta, & coniecturas etiam diuerſæ ſpeciei, & licet probationes non ſint neceſſariò concludentes, tamen quando eſſent aliquæ ueriſimilitudines, ſaltem duæ ſimul iunctæ inducunt uehementem pręſumptionem etiam ſufficientem ad condemnationẽ, Bald. Nouel. in conſil. 23. uiſis dictis contractibus inſerto in primo vol. conſil. Corn. & Plot. conſ. 83. nu. 1. cum ſequen. & quomodo probari poſſit uſura, & uſurarius manifeſtius, uide Maſcard. in concluſ. 1398. & 1399 uol. 3.

23 Item adde, † quod teſtes, qui ſoluerunt uſuras, probant contra inquiſitum, uel accuſatum, ſi renuntiauerint eorum intereſſe, & commodo, Bald. in leg. dictantibus, C. de teſtam. Dec. conſ. 342. n. 4. Iaſ. conſ. 78. col. 3. uol. 3. Ioan. Bapt. Lup. in tract. de uſur. com. 4. in c. quamquàm, num. 2. Crau. conſ. 73. n. 29. & ſeq. ubi addit, quod dictis teſtibus magis credendum eſt, quia deponunt de facto proprio: contrarium tamen tenet Burſat. in conſil. 320. num. 89. & 90. ubi dicit, quòd non ſunt omni exceptione maiores, & quod plenè non probant. Et ſine dicta renuntiatione, ſiue proteſtatione non eſſent idonei, Federic. de Sen. conſ. 61. Rom. ſing. 355. Fel. in c. perſonas, de te-
24 ſtib. Item adde, † quod in ſtatu eccleſiaſtico fuit prouiſum per Conſtitut. March. lib. 3. c. 13. quòd ſufficiant quatuor teſtes, quod uſuras ſoluerint, ſi in actis proteſtati fuerĩt, ſe illarum repetitioni renuntiare, addendo, quod pauciores ſufficerent, ſi cum illis alia concurrerent adminicula.

25 Item adde, † quod in Reg. Neap. per Pragm. incip. Quia nouiter ſub tit. de uſurar. f. 427. publica fama concurrente, tres teſtes ſingulares de re propria teſtificantes ſufficiũt in cauſa uſurarię prauitatis. Item adde, quod teſtes, qui ſoluerunt uſuras, faciunt fidem, quando deponunt in fauorem tertij, nõ autem ipſorum, Bald. conſ. 361. uol. 5. & Cra. cõſ. 6. n. 102. & in materia de modo probandi, uid. Io. Bapt. Lup. in tractat. de uſur. com. 4. c. quanquã, n. 22. cum ſeq. Crau. cõſ. 73. & conſ. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 235. nu. 25. uide etiam Nat. in conſ. 369. n. 11. ubi tenet magis com. op. eſſe, quod uſurarius non poſſit conuinci per teſtes qui ab eo ſub uſuris receperant, ſed quod poteſt ſubijci tormẽ-
26 tis. Item adde, † quòd contractus etiam probatur uſurarius ex præſumptionibus, & coniecturis, Iaſ. in leg. Prætor ait, num. 27. de eden. *Baiard.*

27 [q] *Sed quæro, quæ ſit pęna exercentis.*] Adde, † quod uſurarij de iure communi regulariter puniuntur arbitrio iudicis, Menoc. de arbitr. iud. caſ. 368. nu. 23. & Beron. in conſ. 206. num. 22. uol. 3. ubi atteſtatur de communi; uide etiam Lud. à Peguer. in q. crim. c. 30. ubi reſoluitur, quibus pęnis uſurarij puniantur, & quod Principes ſeculares in ſuis Regnis poſſunt arbitrariè imponere pœnam contra uſurarios.

28 Item adde, † quod in Reg. Neap. adeſt pęna publicationis bonorum, ut per Conſtit. uſurariorum, ubi Afflict.

29 Itẽ adde, † quòd in ſtatu Eccleſ. prouiſum fuit per conſtit. Marc. c. 1. li. 3. quod vltra alias pęnas ſpirituales à ſacris canonib. conſtitut. vſurarij incurrunt pęnas centũ ducatorum, ipſo facto Cameræ Apoſt. applicandorũ Itẽ adde multas alias pænas vſurarijs inffligẽdas, per Io Ba. Lup. in tract. de vſur. com. 4. c. quanquã, à n. 2. vſque ad n. 18. Itẽ adde, quibus pęnis clericus vſurarius iure pontificio puniatur, Cou. var. reſ. lib. 3. c. 3.
30 num. 3. Item adde, † quod pęna impoſita mutuanti ad vſuram non extenditur ad recipientẽ, Boer. deciſ. 48. num. 5.

31 Item adde, † quòd conſuetudo etiam mala, & iniuſta